Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Ars predicandi

In nomine domini a quo omnis sapientia est et cum ipso semper fuit et est ante evum. Unicuique ergo diligit sapientiam apud ipsum querat et petat. Ipse enim dat affluenter et non improperat. Ipse est altitudo et profunditas omnis sapientie et scientie, quia ex ipso et in ipso et per ipsum sunt omnia. Et sine ipso nihil potest fieri. Unde in principio huius materie invoco eius auxilium qui est fons et origo omnium bonorum ut ipse per suam bonitatem dignetur parvitatem mee scientie supplere per gratiam spiritus sancti, quatenus per meam doctrinam lumine quod in tenebris latet manifestare valeam, et errantes ad viam veritatis producere quod ipse prestare dignetur qui sedet in excelsis et cuncta disponit et regit. Cui laus et gloria in sempiterna secula seculorum amen.

Quoniam multis meis desideratibus et humiliter consentire volentibus, ea que ad modum predicandi videntur necessaria, specialiter tamen illis qui curam animarum gerunt et artem seu modum predicandi ignorant. Primo sciendum quod ars predicandi est scientia docens de aliquo aliquid dicere. Subiectum huius artis est verbum dei. Subiectum autem sermonis est intentio predicantis. Causa autem efficiens est duplex videlicet principalis et instrumentalis. Principalis causa uniuscuiusque sermonis est deus gloriosus. Ideo fit oratio ad deum ut linguam predicatoris moveat tanquam ab agente. Et ipse predicator habet se tanquam causa instrumentalis. Ex quo ipse habet se tanquam instrumentum quod dirigitur a deo.

Plures et multi sunt qui obloquuntur modo predicandi. Et tales opinantur predicandum esse prout unicuique placet et videbitur recte sicut in arte nec modus sit predicationis negotio. Cui errori nisi obsisteretur superflue utique apud eos putaretur labor iste totus qui in presenti opere factus est a sancto Thoma de Aquino in quo parvo tractatulo